

{192}2994.

1049-1109.

CHARTA QUA OLIVERIUS MILES HABITUM MONACHICUM ACCIPIENS DAT
MONASTERIO CLUNIACENSI MOLENDINUM DE CASSENOLIS CUM QUADAM
TERRA ET SERVIS.

Audiant et sciant universi presentes et futuri, quod Oliverius miles, seculum deserens et habitum monachi apud Cluniacum accipiens, dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus **molendinum de Cassenolis** cum omni usuario quod ad molendinum pertinet, laudante et concedente Seguino *de Burzeio* cum filiis suis Gausfredo, Bernardo et Guidone, necnon Joceranno *Asinobruno*, avunculo ipsius Oliverii similiter laudante et concedente.

Hubertus Ungro quoque, et Dalmatius de *Gineio*, avunculus ejusdem Oliverii hoc idem laudaverunt et concesserunt: de quo videlicet Dalmatio supradictus Oliverius molendinum ipsum habebat in feodo. Waldricus etiam de Colchis, de quo Dalmatius illud possidebat, hoc donum laudavit et concessit cum filiis suis Arleio et Guidone, coram Dalmatio *Ungro* monacho, et coram Hugone *de Masonis*. Sed et episcopus Augustidunensis de cujus capite erat, similiter laudavit et concessit. Soror quoque ipsius Oliverii cum marito suo Hugone *de Salduno*, hoc idem laudavit et concessit, et altera soror ejus quæ dicebatur Surda.

Sciendum preterea quod in eadem villa Cassenolis dedit Dalmatius *de Gineio* et uxor ejus, soror Landrici *Grossi*, monachis Cluniacensibus, terram juxta hoc molendinum sitam et pratium eidem terræ contiguum, et quendam servum, nomine Martinum, cum uxore sua et filiis ex eisdem {193} natis et nascituris. Dato insuper fidejussore Uberto *Ungro*, ut si quis terram hanc eisdem monachis calumniaret, Dalmatius *de Gineio* pro eis inde responderet.

(Bibl. nat. or. 111 1°; cop. 40-45 1°; B. h. 167, CLXIX.)

Charte n° 2994

années 1049 à 1109 (1)

CHARTE PAR LAQUELLE LE CHEVALIER OLIVIER, AYANT PRIS L'HABIT
DE MOINE, DONNE AU MONASTÈRE DE CLUNY LE MOULIN DE
CHASSIGNOLLES, AVEC SES TERRES ET SES SERFS

Sachent tous, au présent et au futur, que le chevalier Olivier, ayant quitté le monde séculier et ayant pris l'habit de moine, a donné à Dieu, à St Pierre et aux moines de Cluny le **moulin de Chassignolles** avec tout ce quecela comporte, avec l'approbation et l'accord de Seguin de *Burzeio* (Burzy ou Burgy?), avec ses fils Geoffroy, Bernard et Guidon, ainsi que l'approbation et l'accord Jocerand *Asinobruno* (2).

Hubert Ungro (*ou Ongre, Hongre, Le Hongrois* (3)) et Dalmas de Gigny, oncle d'Olivier, y joignent aussi leurs louanges et accords: Olivier avait reçu le moulin en fief, de la part du susdit Dalmas. Et aussi Waldricus de Couches – de qui Dalmas détenait ce moulin –, se félicite et approuve cette donation, ainsi que ses fils Arleio et Guidone, en présence du moine Dalmas Ungro et en présence de Hugo de Masonis. Mais aussi l'évêque d'Autun “ de cujus capite erat” (*dont c'était la tête, le chef-lieu, ...?*), s'en félicita et approuva de même. La soeur d'Olivier et son mari Hugo de Salduno, s'en félicita et approuva, ainsi que son autre soeur appelée Surda.

Sachant qu'en outre, dans la même villa de Chassignolles, Dalmas de Gigny et son épouse, soeur de Landry Le Gros, ont donné une **terre qui jouxte le moulin**, un pré contigu et un certain **serf nommé Martin**, avec son épouse et ses fils, nés ou à naître. Compte tenu de la garantie apportée ci-dessus par Hubert Ungro, si quelqu'un trouvait prétexte à chicane aux moines à propos de cette terre, Dalmas de Gigny en répondrait pour ceux-ci.

(1) *date estimée par rapport à la mention de Saint Hugues ou son cartulaire*

(2) *traduction littérale asino bruno = “âne brun”*

(3) *Le nom Ungre fut donné à cette famille suite à un pèlerinage en Terre Sainte qui emprunta la route de la Hongrie*